



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 859. Usque Ad Annum 887

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1760**

**VD18 90117875**

§. 38. Paulus & Eugenius Constantinopolim mittuntur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66112](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66112)

Sæculum IX. oras Romæ vicinas impelli jubeat, quo  
A.C 877. a piratis Arabicis mare purgaretur, cum  
 procul dubio hæc res Imperatori displicere non posset.

## §. XLVIII.

*Paulus & Eugenius Constantinopolim Legati.*

Anno uno exinde elapso, cum Basilis Imperator, duabus Epistolis ad Papam datis, Legatos ad se mitti petiisset, respondit Papa: *Ex geminis Epistolis tuis cognovi desiderium tuum pacem in Ecclesiam Constantinopolitanam reducere; vehementer autem dolemus, quod postquam tot labores susceperimus, nec dissidia omnia sint sublata, & multi viri Deo Sacri, adhucdum in variis locis dispersi persecutionem, a qua cunctos liberatos esse credebamus, sustineant. Nempe necdum fracta erat factionis Phorinæ potentia. Tum Papa prosequitur: Mittimus vobis ad res componendas duos Legatos Paulum & Eugenium Episcopos, quorum consiliis uti solemus. Scientiam & fidem eorum habemus perspectam, eique mandata nostra in literis dedimus. Jussimus quoque, eos ad Regem Bulgarum accedere. Hinc te rogamus, ut ipso illo euntibus & revertentibus præsidium præstes.* Ceterum Paulus erat Episcopus Anconitanus, & Eugenius Ostientis.

Huic

Huic Epistolæ junctæ erat alia ad Ignatium Patriarcham data, in qua Papa dicit, Ignatium jam bis a se monitum fuisse, ut ab omni actu Jurisdictionis in Bulgaria abstineret. Sæculum IX.  
A.C. 878.

*Itaque banc tertiam, inquit, canonicam admonitionem per Legatos & Epistolas nostras tibi insinuamus & præcipimus, ut sine mora in Bulgariam mittas viros sedulos, qui totam regionem pervadant, & omnes Clericos, quos tu vel Episcopi tibi subjecti ordina-  
verint, reducant; nec post unum mensem vel Episcopus vel Clericus a vobis ordinatus ibi supersit. Nam pati non possumus, quod isti novellam Ecclesiam a nobis plantatam suis erroribus inquinent. Nisi intra memoratum tempus illos revocaveris, & omni Jurisdictioni in Bulgariam renunciaveris, duobus mensibus post acceptas nostras has literas elapsis, a communione Corporis & Sanguinis Domini Nostri exclusus sis, donec obedias, & si in pertinacia perseveraveris, Dignitate Patriarchali, quam nobis faventibus recepisti, privaberis.*

Joannes VIII.  
ad Ignatium.

ep. 79.

Tantus rigor in Sanctum Episcopum non satis opportune adhibitus videtur.

Eadem severitas, quin major in Epistola, ad Episcopos Græcos in Bulgaria existentes, data notatur. Excommunicatos declarat, & Depositionis pœnam comminatur, nisi intra mensem ex illa

Q 9 5

regio-

Sæculum IX. regione excefferint; econtra si morem  
A. C. 878. gefferint, promittit se eis illam Cathedram, quam in Græcia prius tenuiffent, redditurum, aut aliam vacantem collaturum. In eadem causa fcripfit Papa Michaeli Bulgarorum Regi, hortatus, ut a Græcis recederet, ne Hærefi, in quam fæpe auctoritate Patriarcharum aut Imperatorum fuorum impulfi laberentur, & ipfe inficeretur. Tandem fcripfit etiam Petro Comiti, olim ab eodem Rege, fedente Nicolao Pontifice, Romano miffio. Epiftolæ iſtæ decima fexta Aprilis, Indictione undecima, nempe anno octingentefimo feptuagefimo octavo datæ, & omnes Paulo & Eugenio Legatis commiffæ. Addidit Papa & aliam ad Imperatorem Bafilium, in qua commendabat eodem Legatos, qui ei etiam verbis expoſituri eſſent, quam gravem perfecutionem ipſe fuſtineret, & qua nuper Romæ contigiffent; nempe auxilium rogare juſſi erant.

ep. 76.

Sup. Lib. L.

§. 54.

Sup. Lib.

LI. §. 54.

ep. 81.

## §. XLIX.

*Multa a Lamberto Romæ vi peraguntur.*

Hic procul dubio Summo Pontifici ſermo eſt de perfecutione, quam Lambertus Dux Spoletanus infererat. Hunc Principem a Carolo Imperatore